Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.

AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

2621. Jan II Kazimierz, Prażmowski Mikołaj, Żurowski Stanisław. Podpisy na na wyroku Jana Kazimierza 1660.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

2621

1660

2621

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smolensciae Czerniechoviaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque Haereditarius Rex

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

Significamus praesentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis: Devenisse ad Nos Iudiciumque Nostrum per viam Appellationis ordinariam a Sententia infrascripta Nobilis et Spectabilis Offici Consularis Cracoviensis inter certam causam et actionem, inter RR. PP. Camaldulenses Montis Argentei, et Nobilem Joannem Franko Actores ab una, et Spectabilem Iustinam olim Nobilis et Spectabilis Raphaelis Delpace Consulis Cracoviensis relictam viduam, nec non Generosum Hieronymum Pinoci Secretarium Nostrum, testamenti eiusdem olim Spectabilis Delpace executorem citatos parte ab altera, de ratione inventarii bonorum omnium tam Mobilium quam Immobilium morte Testatoris relictorum confectionis, ipsoque iuramento comprobationis, et mobilium quidem Conventui Vestro post fratrem Ambrosium Delpace eiusdem Conventus Vestri professum, defuncti olim Raphaelis fratrem germanum successori: Nobili vero Joanni Peter Franco tanquam eiusdem defuncti sororio accisis extraditionis, Immobilium vero deoccupationis, Consulum in morte ipsius competeant Actoribus exolutionis ad extremum summae floren Quadringentorum Polon per parentem Raphaelis Delpace Matri praedicti Joannis Peter Franco legatae, et per defunctum retentae denegatae solutionis: alias Taxa in Processu Instantiae Potentis de Actum feria quarta postridie festi Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae Anno Currenti in bonis mobilibus ad summam bis centenorum Millium floren Polon meliorata, declaratae, et specificatae restitutionis praestandae, propositione originali meliorationes, ipsius fusius de Commisso dispensen et obloquen in praefato Nobili Officio instituta ibidemque Vertente. In qua quidem causa et actione cum Actores ad terminum exemtionis Decreti Nostri primarii ibidem de Actum specificati, contra Plenam Spectabilis Delpace viduam excipierent, citati vero Vigore

dilaonis eo nomine sibi concessae deducta Plenipotentia legitima factaq Protestatione ratione inmissae in litem Cuactionis, tum de damnis et litis expensis subsecutis et subsecuturis, non agnoscendo competentiam Actoratus et actionis, nec contentae Propositionis et Protestationis, praemissaq Citorum protestatione, ratione damnorum per Actores ex impositione Arrestorum factum, exlusorum ad viginti quinq Millium florenorum Polon taxatorum, se ad prosequendum Causam praesentis non teneri, donec Actores Arresta quibus iuxta legis publicae praeceptum possessionati, multo magis bene possessionati innodari non possunt, super summas Citorum imposita relaxarent (si quid spoliatus ante omnia de rigore Juris restituendus est,) opponerent, deinde ad Cautionem Praeemptoriam summae superius insinuatae per se correspondentem, eosdem Actores per sufficienter bene possessionatos Jurisdictioni Civili subiectos praestandam stringi affectarent, vel in defectu praemissorum se ab impetitione Actorum liberos pronuntiari ac nihilominus salvam actionem contra Actores propter detentionem Conditionem Citorum pendente eiusmodi Arresto factam sibi reservari urgerent. In contrarium Actores et omnia suis rationibus, minus Juridicis regerentibus Nobile et Spectabile Officium Consulare Cracoviensem, post eiusmodi partium ambarum Contrias, licet quidem damna per Citos praetensa nondum essent evicta, eiusmodiq praetensio ipsorum ab actione praesenti diversa sit, Nihilominus salvam actionem Citis in foro fori, ratione eorundem damnorum reservavit, ac in Causa praesenti iisdem Citis procedere mandavit. Appellationiq per ipsos ad Nos et Judicium Nostrum interposita cum praefixione termini reverenter detulit. Alias prout Processus Causae praesentis, Manifestaq Plenipotentis Ignoti Pirocii in continenti eiusdem Processus facta, usus de praemissis disponit et obloquitur. In termino itaq hodierno ex eadem Appellatione ordinarie legitime ad praesens provenien, et hucusq continuato, Actoribus supranotatis Actorea quidem Venerabili RR. PP. Camaldulen. per Religiosum Hieronymum Draszowski, Nobilq Joanne Peterfranco personaliter, Citta quoq eodem personaliter, coram Nobis Judicioq Nostro comparentibus, terminum attentantibus, et superius insinuatas Contrias suas, uti se iure necedant reassumentibus. Et Citta quidem circa easdem suas iustas et legitimas defensas pro-

super

Super abundanti Cittos ad Cautionē ratione damnor' ex Aresto emergentiū in bonis Jurisdictioni Civili Subiectis compelli postulan. Nos cum Consiliar. et Suis presentibus Nris auditis partium earundem Controversiis allegationibus et defensis iisdemq mature ponderatis, Sententiā Sępedicti Nobilis et Spectabilis Officii Consul. Cracovien. Uti de praescripto juris latam et aequitati conformem, approbandam et confirman. esse duximus, Uti quidem approbamus et Confirmamus, Cum ea nihilominus declaratione Nra, quod Aresta Super Summam Sex Millium floren. Polon. imposita, relaxari debeant, quae et per praesen. relaxamus et cassamus, Salva Cetera actione Enoso Citto ratione damnorū, in quantū eadem ex Aresto provenientia [illegible] coram Offio Ubi Actores bona possident reservamus, Decri Nri praesen. Vigore. Pro cuius executione ulteriorisq Cau Cognitionis decisione, partes Citatas ad illud idem Nobile et Spectabile Offm Consul. Cracovien., in termino dum pars item ad id legitimé adcitaverit peremptorie remittimus. Mandantes eidem, quatenus Causā hanc in Spatio quatuor Septimanarū (Appellatione non nisi a definitiva, Vel Vim definitivae Sententiae haben. Salva) decidat, ac finaliter determinet. In Cuius rei fidem praesen. Sigillum Reg. est appressū Datum Cracoviae Sabbatho post festum Sancti Martini proxō, Anno Dni Millmo, Sexcentmo, Sexagesimo, Regnorū Nostrorū Poloniae XII. Sueciae Vo XIII. Anno.

Relaō Mag.ci et R.mi in Chro Patris D. Nicolai Prazmowski Pražmowski Epi Luceor. Abbatae Siecie. Cancellarii perpetui Administratoris Supmi Reg. Cancellarii

[illegible] Supremy [illegible]



Stanislaus Zarowski
Decretor. Cur. Reg. Notarius
Correx.

N. Imp. [illegible] Cancellariae [illegible]

2621

2621

Decretum

N3

Ao. 1660.

productꝫ R. D. Canals

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL - CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.